



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

XI. Primarium quoddam & efficax ad virtutis huius obedientiæ perfectionem assequendum medium proponitur videlicet in superiore Christo Domino obedire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

CAPVT XI.

*Primarum quoddam & efficax ad
virtutis huius obedientie perfecti
onem assequendum medium propo-
nitur. videlicet in superiore
Christo Domino obe-
dire.*

VNum de primariis atq; efficacissimis
ad virtutis huius perfectionem as-
sequendam mediis, aut potius omnina
princeps & efficacissimum est, in superi-
ore Dominum Deum intueri, nobisq;
persuadere, Deum ipsum hæc nobis ius-
ta proponere, nosq; proinde, non homi-
nibus, sed ipsimet Deo obedire. Mul-
tis in locis medium hoc nobis commen-
dat & inculcat Apostolus: Ephesus quip-
pè scribens ait, *Serui obedite Dominis car-
nalibus cum timore & tremore, in simpli-
citate cordis vestri, sicut Christo.* Subditus
ecce præcipit, vt superioribus temporalibus
& Gentilibus, non secus obediant,
quam Christo. Vnde S. Basilius, si A-
postolus inquit iubet, vt potestatibus
læcularibus obtemperemus, sicuti Chri-
sto Domino, & (quod maius est) cri-
am iis, quorum vitæ ratio tunc tempo-
ris nequissima & scelestissima erat; cui
etiam consonat Apostolus Petrus dicens,
*Non tantum bonis & modestis, sed
etiam discipulis; quanto nos Religiosos
erit æquius & rationi conuenientius spi-
ritualibus ac Religiosis superioribus,
quique in omnibus non nisi Dei volun-
tatem facere desiderant, obedire, tan-
quam Christo.* Vnde ibidem eodem
sensu statim subdit: *Non ad oculum ser-
vientes, quasi hominibus placentes, sed
vt serui Christi, facientes voluntatem
Dei ex animo, cum bona voluntate serui-
entes, sicut Domino & non hominibus.*
Non oculis ergo exterioribus hominem,
sed interioribus Deum intueri oportet.
Quia non iam cum hominibus viuimus,

nec vt hominibus seruiremus ad Reli-
gionem venimus sed vt Deo. Quin &
Colossensibus scribens, idipsum repetit
& iterat, *Quodcumq; facitis, ex animo opa-*
ramini, sicut Domino, & non hominibus;
scientes quod à Domino accipietis retribu-
tionem.

Doctrinam hanc secutus B P hōno-
bis medium ante omnia & impense com-
mendat, magnumque in eo momentum
& vim ponit: Vnde id & iam sapius in
Constitutionibus inculcat: Vno quippe
in loco ait: *Expedi imprimis ad perfe-*
ctum, & valde necessarium est, vt omnes
perfecte obedientia se dedant; superiorem
(quicumq; ille sit) loco Christi Domini no-
stri agnoscentes. Alio vero sic: Valde ne-
cessarium est vt omnes non solum superiori
societatis vel domus, sed etiam subordina-
tis Officialibus, qui ex illo auctoritatem ac-
ceperunt obediant, & assuescant non intue-
ri quis ille sit cui obediant; sed potius quis
ille, propter quem, & cui in omnibus obedi-
unt, qui est Christus Dominus. Et in
sexta parte, vbi magis ex proposito &
professo de hac obedientia virtute tra-
ctat, hoc velut eius fundamentum assi-
gnat, *Versari autem debet ob oculos Deus*
creator ac Dominus noster propter quem ho-
mini obedientia præstat, Si modò ad vir-
tutis huius perfectionem peruenire quis
velit.

Porro medii huius vis & efficacia hinc
liquidò apparebit, si ipse Christus se per-
sonaliter tibi videndum exhiberet, atq;
hoc vel illud faciendum præciperet; quam
illi promptè, qua voluntatis allubentia,
& gaudio, qua iudicii conformitate & re-
signatione pareres? Tunc sanè maximè
diuidiceres, inquirereres vel dubitares,
num quod iuberet bonum esset vel ma-
lum sed cæcè, sine vllò ratiocinationis di-
scursu ipsum amplectereris, vna hac rati-
one (quæ omnem rationem transcendit)
motus, scilicet, Deus hoc mihi præcipit,
hoc fieri à me vult Deus, hoc melius est
& expedientius, quin etiam te quam
beatissimam prædicares, quod tua
Dei opera vti vellet, & quo id
quod

*Facile obe-
dit superio-
ri qui ei,
vt Deo obe-
dit.*

Ephes. 6. 5.

*In Constit.
Monastic.
c. 23.*

*Superior,
vt Christo
obediendū,
& semien-
dum.*

1. Petr. 2. 18

Ephes. 6. 6.

quod præciperet, difficilius, laboriosius & p̄nosius foret, eo maiori te gratia & beneficio affectū crederes. Atqui isthuc est medium quod hoc loco assignamus, q̄ S. Basil. us, vt magni à nobis id (prout me: e:ur) fieret, proponens, ait: Nec enim ad hanc similitudinem inducendam mea sponte, sed diuini literis inductus accessi: Nam ipsemet Christus signanter in Eu-

angelio ait: Qui vos audit, me audit. Quare hac in materia & hoc in sensu superiorē, hæcce verba etiam Sancti Patres declarant, docentque ea non propter Apostolos solos sed & reliquos post secutos Prælatos, dicta esse. Vnde Cassianus & omnes illi veteres Monachi doctrinam hanc in praxi vsurparunt, cum omnia superiorum mandata, velut à D E O immediatè profecta, acceperunt: siquidem CHRISTVS ipse id ita faciendum ait, atque, expresse iubet, vt non nude ipsam superioris personam, sed in eo Deum ipsum consideremus, etsi alioquin superior non pro eo ac deberet, vitam institueret. Ait enim: Super cathedram Moysi sedebit Scriba & Pharisæi: omnia ergo quacunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere.

angelio ait: Qui vos audit, me audit. Quare hac in materia & hoc in sensu superiorē, hæcce verba etiam Sancti Patres declarant, docentque ea non propter Apostolos solos sed & reliquos post secutos Prælatos, dicta esse. Vnde Cassianus & omnes illi veteres Monachi doctrinam hanc in praxi vsurparunt, cum omnia superiorum mandata, velut à D E O immediatè profecta, acceperunt: siquidem CHRISTVS ipse id ita faciendum ait, atque, expresse iubet, vt non nude ipsam superioris personam, sed in eo Deum ipsum consideremus, etsi alioquin superior non pro eo ac deberet, vitam institueret. Ait enim: Super cathedram Moysi sedebit Scriba & Pharisæi: omnia ergo quacunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere.

Adeo vt Deum non nisi eiusq; vnus voluntatem in obedientia spectare nos oporteat, quam siue per se, siue mediante Angelo vel homine, vel huius vel illius opera declaret, eodē redit: pari enim modo tā vnū, quam alterū admittendū est: quia Deus est, qui id iubet, & superior in eius nomine. Vnde S. Bernhardus ipsamet S. Benedicti idem asserentis, verba adfert: Obedientia, inquit, que exhibetur maioribus, Deo exhibetur. Ipse enim dixit, qui vos audit me audit. Vnde quidquid vice Dei præcipit homo, quod non certum displicere Deo, haud aliter accipiendum est, quam si præciperet Deus. Quid enim interest, vtrū ipse, aut per suos ministros, siue homines siue Angelos hominibus innotescat suum beneplacitum. Adfert quoq; eodem loco Bernardus, vulgatam illā gnomen & sententiam: Siue Deus, siue homo vicarius man-

datum quodcuq; tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reuerentia defendendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Non debemus nunc expectare miracula nec velle, vt Deus ipse personaliter nos alloquatur, & quæ faciēda nobis sunt ore suo iniungat: quia tempus illud iam præterit: Dum id necesse fuit Deus ipse in persona vt nobis loqueretur, nosq; erudiret descēdit. Vnde ait Apostolus Paulus: Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: & Apostolus & Euangelista Ioannis: Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Modo vero vult Deus, vt in fide viuamus & Superiorem Dei loco ducamus. S. Augustinus ait id nobis Deum in eo quod Cornelio Centurioni (de quo in Actis Apostolorum scribitur) contigit, aliquomodo designare voluisse. Erat hic Gentilis, at timens Deum, bonaq; opera, eleemosynas & orationes impigre exercebat. Hunc cum Dominus in veritatis viam reducere & veræ fidei asserere vellet; mittit ei Angelum qui ei dixit: Orationes tue & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam Dei & nunc accersit Simonē qui cognominatur Petrus, qui hospitatur apud quendam Simonem Coriariū, cuius est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Rogat ergo Augustin⁹: Numquid non illum poterat docere Angelus? cur ab eo iam ad illum misso eum nō est passus institui? Ac responderet: Ideo ad Petrū eum amandat, nec per se, nec per Angelos eum viam salutis docere voluit, sed per homines, vt sic hominem honoraret, & simul nos homini obedire, voluntatemque nostrā ei subiicere doceret: præsertim postquā ipse factus est homo, & nostri causa hominibus se subiicit, & obedientiam præstitit, Et erat subditus illis. Id ipsum & in Apostoli Pauli conuersione factum Sancti Patres obseruant. Etsi enim Christus in persona ei appareret, & ab eo rogaretur, Domine quid me vis facere? suam tamen ei ore suo voluntatem & quid fieri vellet declarare noluit, sed ad hominem eum amandat, à quo hoc ei de-

Deus modo per se, modo per alios aliquid homini præcipit. Heb. 1. 2. Ioan. 1. 18.

In Psal. 96.

Act. 10. 6. Deus Cornelii Centurionem per hominē, nō per Angelum fidē doceri voluit.

Luc. 2. 51.

3. A. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Act. 9. 7. d. dicitur. Ingrederet, ait, civitatem & ibi dicitur tibi, quid te oportet facere: Unde praedicit S. Bernhartus: O sapientia Dei suaviter vere, omnia disponens! eum cui tu loqueris, erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem, ut socialis vita commendetur utilitas. Maximè, inquit Bernhartus: quia homini Deus aliquam auctoritatem conciliare vult, huncque illi honorem deferre, vt ceu Dei Vicarium eum habeamus, vocemque superioris, perinde ac vocem diuinam accipiamus.

Neq; vero propterea deterioris ipsi conditionis sumus, quam illi, quos Deus ipse ore proprio olim est allocutus; quia imo sicut res fidei, quas non vidimus, credendo magis promeremur, quam si eas oculis ipsis cerneremus: Prout alias Christus ipse Thomæ Apostolo dixit. Quia vidisti me Thomæ, credidisti, beati qui non viderit & crediderit: pari modo in hac obedientia, qua superiori tamquam Deo obedi-

mus, in ea velut in rebus fidei procedendo (præsupponendo, quidquid demum superior decernit, Dei ordinationem, decretum ac voluntatem esse) plus quodammodo meremur, plurisque id faciendum est, quam si ipsimet Christo eorum imperanti obediremus. Id ipsum & in Eleemosyna SS. Patres locum habere docent, & Redemptor ipse dum viveret ita esse pronuntiavit: Amen, ait, dico vobis, quãdum fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Perinde enim eleemosynam pauperulo cuidam erogata Deus remunerabitur tamquam si ea sibi collata esset. Notant præterea Patres nonnulli eum, qui ex amore Christi, egeno stipendat, plus quodammodo præstare & amorem magis testari, quam si ipsi Christo eã donaret: perinde ac plus præstat, amorẽque suam erga amicum magis declarat is, qui ex amore illius aliquem de seruis eius benevole recipit, ac laute tractat, quam si ipsum amicum sic reciperet, & splendide haberet. Hoc namq; non videtur esse tantum, quod ipsa personæ dignitas, valor & respectus amicitie illud

meretur. Enim vero maius longè est dum amor ita late se extendit, vt amici causa omne, quod eius est, benigne complectatur, & tantam ei benevolentiam exhibeat, quantum ipsi amico. Ita porro se res habet in obedientia, de qua sic loquitur Bonaventura. Sublimis quidam & altus obedientie gradus est, cum exacte quis iussis, quæ immediatè a Deo descendunt obedit; aliorum tamen quodammodo is, quo homini paretur propter Deum; interdum quoque ipsa, quæ propterea datur merces erit maior & meritum amplius. Dum enim homini quis propter Deum obsequitur, magis se in corde humiliat, propriam voluntatem magis abnegat, magis quoque eam in diuinam resignat: sicut plus facit homo regio Ministri ex amore, Regis obediendo, quam si ipsi Regi obediret. Si Deus ipse in persona, quid tibi faciendum iniungeret, mirum sane non esset promptè & religuata voluntate id te exquirat, quod in eius gratiam; homini tui simili obedias, & in signum totalique dum resignatione te illi subicias; magni id faciendum & æstimandum est.

Medium hoc, quo superiori paretur sicuti Christo, ad obedientie virtutem assequendam pernecessarium est.

Medium hoc non considerandi Superioris, tamquam hominem sed ad eum respiciendi, cui in homine obeditur (qui est ipsemet Iesus Christus) non solum iuvat, vt melius maiorique perfectione obediatur, verum etiam absolute & præcise est ad obedientie virtutem consequendam necessarium. Ad eum qui nõ cogitabit, Deum esse, qui sibi hoc præcipit & fieri iubet, & qui non idcirco ipsum exequetur, nõ solum in obedientia non sit futurus perfectus, sed ne bonus quidem obediens: at semper in hac virtute

Tract. de gradib. obedientie. Aliter gradus obedientie homini propter Deum parer.

Valde... tas obe... tia, qua... ri homi... personæ... la super... respicit

Obedien... homini... qua bon... in facie... respicit

Ad perfect... obedientia... necessari... est in per... na iustiti... re Deum... agnoscim...

reluctar... 2. Gal. 3.8